

Capitulū II**Lectio. XXVI**

petentibus se. Et ideo nullus timeat mundum contemnere et paupertate pro christo subire quia deus omnibus sibi seruientibus sufficienter prouidebit.

Cum magister noster ordinis scilicet frater Jordanus in quadam abbacia cisterciensis receptus fuisset: uenerunt circa eum monachi secum amabiliter preferentes quesierunt ab eo: Magister quod potest ordo uester durare cum nihil habeatis unde uiuatis? Licet mundus sit modo deuotus: tamen scriptum est in euangelio. quod refrigescet caritas multorum: et cum non habueritis elemosinas deficietis. Respondit autem magister mansuete. Si uobis uideatur: uestra ratio probat quod uos citius deficietis: quoniam ubi uos allegatis ut premitur quoniam superabundabit iniquitas: refrigescet caritas: sed quoniam superabundabit iniquitas: iniqui homines predones et raptores auferent bona uestra. et cum uos mendicare nescitis deficietis. et ipsi uobis de bonis uestris preferent abundantanter. Scitis quod pater qui habet multos filios mittendos ad scholas tres uel quatuor: se non dat pecuniam pro omnibus: non quoniam plus eum diligat quia fortassis plus diligit iuniorum. sed quia senior plus est expertus de seculo. Isti modo deus dat alicui diuitias huius mundi non pro seipso tantum: sed pro suis pauperibus quorum dispensator est sensu callidus factus. et nisi eis erogauerit quibus finaliter arguet. Tunc uos diuites rectores portatus communes pauperum fratrum burfas: si caueat sibi quilibet quod non sit iudas. Judas enim loculos habebat et ea que christus ordinauit pro pauperibus asportauit et in usus proprios conuertit. Sic modo diuites quidam que portant loculos pauperum: sed magis in uoluptatibus et uanitatibus huius uite consumuntur.

Qualiter autem de diuitibus dat diuitias ratione pauperum: docet Augustinus sermone. xxiiij. Diuites inquit et pauper duo sunt sibi contraria. si iterum duo sibi inuicem sunt necessaria. Nullus indigeret si inuicem se portarent. et nemo laboraret si ambo se iuuarent: diuites propter pauperem factus et pauper propter diuitem factus est. Pauper est orare: diuites erogare. dei pro paruis magna repensare: de misericordia eius prout magna nascitur copia. Secundus est ager pauperum: cito reddit donantibus fructum. Cuius celi est pauper pro qua uenit ad patrem. hec Augustinus. Et rationabiliter inhibuit christus uoluntarie pauperibus sollicitudinem excessiuam circa uictum suum. Ex quo enim precepit diuitibus quod sint solliciti circa pauperes sustentandos de suis elemosinis: superfluum est quod pauperes forte etiam solliciti circa idem. Et ideo conuenienter dixit discipulis suis Mattheus. vi. Respiciat uoluntaria celi quoniam non seruit neque merentur nec congregant in horrea et pater uester celestis pascat illa. Et infra. Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducemus aut quid bibemus: aut quo operiemur: hec enim omnia gerentes inquirunt. scit enim pater uester que his omnibus

indigetis. Querite ergo primum regnum dei et iustitiam eius. et hec omnia adiacent uobis. hec est autem spes et regula pauperum firmissima quod si bene seruerint deo: hec omnia adiacent eis: et si non tantum christum deoordinate appetunt. tamen christum indigentie est.

Secundo inuenimus in isto patre quod deus est regularitate prouidentis castigatiois. Inter tria que pater dat filio scilicet preceptum. uisum. et disciplinam. Dat enim pro filio primo numerum et disciplinam. Et dicit uulgariter. Abest or est puer non natus sed non disciplinatus seu informatus. Ad hebreos. xij. Quis est filius quem non corripit pater? Nobilis homo qui habet filios si bi caros: facit eos diligere castigari: corripit et flagellari pro omni defectu ubi garriones et famuli dimittit submissis. Ideo dicit Apostolus ad Galatas. iij. Pro tempore heres paruulus est nihil differat a suo cum sit dominus omnium. sed sub tutoribus et actoribus est usque ad presinitum tempus a patre. Isti modo deus reprobos et finaliter damnandos dimittit sue uoluntati: filios autem suos corripit et castigat: nunc pro infirmitates: nunc pro aduersitates: nunc pro subtractione bonorum temporalium: nunc pro detractione malorum hominum: que omnia sunt tolerabiliter sustinenda si cogitemus quod pater est qui infert: et que hereditate nobis seruat. Et hoc est quod dicit Sapientia. xj. Idos quidem. id est filios tanquam pater monens probasti: illos autem reprobos tanquam durus rex interrogas condemnasti. Et ideo Eccl. iij. Iudicium patris audite filij et sic facite ut salui sitis.

Tertio inuenimus in isto patre hilaritatem allidentis consolationis si ad eum redeamus quotienscumque peccauerimus: figuram habemus expressam. ad hoc Luc. ca. xv. de filio prodigo qui cum a patre paternam suam portionem petiisset et illam in regione longinqua uiuendo luxuriose expendisset cum meretricibus et tandem copiosus miseria ad patrem redisset: cum adhuc longe esset occurrit ei pater. Et cum dixisset. pater peccauisti celum et coram te: non sum dignus uocari filium tuum: irruens pater in oscula et amplexus dicit seruus meus: cito proferte stolam primam et. Dicamus ergo et nos isti patri sicut filius dixit patri suo. secundum Valerium lib. v. ca. iij. Quisio ut meus erga te amor eo sit melior quam a pueritia ortus. Ita dixit filius patri quem grauitur offenderat et recollatus est patri suo. hec ille.

Lectio. XXVI

Uideamus ergo si sermones illi ueri sint: et tempem que uetura sint illi et sciamus que erunt nonnulla illi. si enim uerum est filius dei suscipiet illum et liberabit illum de manibus contrariorum. postquam ipsius uisum et conspirationem iudeorum contra christum et ad christum circoueniendum. hic ponit eorum deus conspirationem ad christum occidendum. Et circa hoc duo facit. Nam primo tractat de emolumento quod ipsi de